

Ann. VI.

Num. XVIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

Apud

"KRONIKA RODZINNA," Apud BURNS AND OATES

IN ANGLIA

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS

AMERICAE SEPTENTR.

IN GERMANIA

IN CANADA

Apud FRIDERICUM PUSTET

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed.

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

VARSAVIAE POLONORUM

VARSAVIAE POLONORUM

LONDON W.

NEW YORK CINCINNATI

RATISBONAE in BAVARIA

MONTREAL

Rakowskie Przedmiescie, 15.

Krakowskie Przedmiescie,

28, Orchard Street.

52, Barclay Street. 436, Main Street.

RATISBONAE in BAVARIA

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

SCHOLARUM, QUAE MEDIAE DICUNTUR, UTILITAS EX LATINI SERMONIS DOCTRINA	A. Valdarnini.
RUPERTUS CECIL DE SALISBURY	P. Rossani.
POLICHROMIA APUD GRAECOS IN STATUIS	G. P.
MARTYRES AVENIONENSES. (ANNO MDCCXCIII)	Fr. Xav. Reuss.
GEOGRAPHICAE NOTAE	A. Costaggini.
XYSTINUM IN VATICANO SACELLUM	H.D.V. Pieralice.
SATURIO. Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa	I. B. Francesia.
DIARIUM VATICANUM	Actuarius.
SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS. De recta pronunciatione latinae linguae dialogus	I. Lipsius.
ANNALES	Propoplicola.
LIBRORUM RECENSIO	P. Angelini.
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI	

In tertia operculi pagina:

VARIA: Ancillae automaticae. - De emendatione nasorum P. d. V.
EPISTOLARUM COMMERCIIUM A secretis.
AENIGMATA Fr. Palata.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIII

Sociis et lectoribus Commentarii nostri vehementer commendamus instrumentum,
quod, rei proprietate sibi vindicata, confecit

SOCIETAS LATIALIS EDITRIX

(ROMAE, Corso Umberto I, 219),

cui machinae nomen est:

SCRIPTOR AUTOMATICUS

(ITALICE "COPISTA AUTOMATICO,,");

quippe inter horas tres quodvis scriptum, qualibet in charta, millies reddat: epistolas, litteras eodem exemplo ad plures dimittendas, consultationes, edicta, invitationes, nuncia, acceptorum et datorum rationes, libellos, lineas vel figurae descriptas, exemplaria, formas, musicen, et alia.

Societas ipsa fidem praestat Scriptorem hunc Automaticum tribus horis ex uno chirographo mille et ultra exempla exhibere, eaque omnia pariter nitida atque perfecta; — quinque temporis momenta satis esse ad eius usum discendum; — chirographumque celeriter scribendo, non secus ac communi quovis calamo, parari.

Instrumentum, utili spatio disponens cent. 23 X 34 novum et ex omni parte perfectum **venit** libell. 45; atramenti ampulla (per aliquot menses sufficiens) libell. 4; folia singula ad chirographum scribendum libell. 0,15.

Premium solvi potest cum traditur merx; portatio vero fit ad impendium iubentis.

Una cum Automatico Scriptore paucae eaque simplices institutiones ad rite ipso utendum necessariae mittuntur.

GRATUITO

quisque habebit et experimentorum specimina et opusculum continens **plus sexcenta** de re iudicia.

Omnia petantur a

SOCIETATE LATIALI EDITRICE

(Romae, Corso Umberto I, 219).

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii **Vox Urbis** administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

Q UAE « M
sim et ob
tur ab usu vi
lescentes in l
lum, publica
Eodem possu
tiones plera
scholis tradita
vel nimium i
fructus nullos
bus. Evidet e
sum immediat
stris, a scholis,
ad erudiendas
tatio, cui max
primum esse o
ut, absoluto di
artium exercit
qua sibi, qua
alendam comp
tioni nullimoda
quam ex ea es
et imperfectan
plinarumque e
gnidulis colori
et albicantem
litas, re quider
ad quem ordin
carum notiones
demonstracione
adducent tot il

nocturna

pulverulenta v
gentium gesta
disciplinis loqu
de gallico? Qu
necessitate, qu
Quid ad rem,
aegre proceder
schola technie
schola, praeter
maiora, seilice
eum», aut ad
primum quodam
hunc, hand ali
metam optatam
plomata imper
plina peractis. C
technieae schol
turae ratio, siv
artis commerci

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUENOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

SCHOLARUM, QUAE MEDIAE DICUNTUR, UTILITAS EX LATINI SERMONIS DOCTRINA.

Quae « Mediae Scholae » nunc sunt, passim et obiter praedicantur inutiles; dicuntur ab usu vitae et conditionis remotae, adolescentes in hisce exculti domesticarum, ciuilium, publicarumque rerum ignari et expertes. Eodem possunt argui criminis nobiliores institutiones pleraeque superioribus, ut aiunt, in scholis traditae, quae vel vagis, vel inanibus, vel nimium universalibus notionibus imbutae, fructus nullos afferunt hodierno more viventibus. Eiquid enim quod beneficium et quaestuum immediate sit a « technicis » scholis nostris, a scholis, quas « complementares » dicunt, ad erudiendas adolescentulas? Technica institutio, cui maximum, et fortasse unum, certe primum esse deberet ita erudire adolescentes, ut, absoluto disciplinarum curriculo, minorum artium exercitationem certam inire valerent, qua sibi, qua parentibus necessaria ad vitam alendam compararent, arti, muneri, exercitationi nullimodae dat assuetos, nec reliqui quidquam ex ea est, praeter quamdam claudicantem et imperfectam litterarum, historiarum, disciplinarumque cognitionem sunnitis et vix languidulis coloribus designatam, brevi inglorium et albicanter parietem relicturam. Quae utilitas, re quidem vera, qui fructus, qui finis, ad quem ordinentur et disponantur tot physicarum notiones rerum? Quid mathematicae tot demonstrationes ad vitae usum afferent? Quid adducent tot illa

nocturna versata manu, versata diurna

pulverulenta volumina, quibus vetustissimarum gentium gesta narrantur? An de geographicis disciplinis loquar? An de italicis idiomatis, an de gallico? Quid haec cum quotidiana rerum necessitate, qua premur, commune habent? Quid ad rem, nisi exiguum, exsangue, impar, aegre procedens et efficax? Nihilominus et schola technica minor, et puellaris feminea schola, praeterquamquod parentis discipulos ad maiora, scilicet aut ad « Institutum Technicum », aut ad « Normalem scholam », proprium quodammodo finem sibi vindicant, et ad hunc, haud aliter ac bravium tangentis cursu metam optatam, « licentiae litteras », seu diplomata impertint, tribus rite annis in disciplina peractis. Quid plura? Nupero experimento technicae scholae, quibus traditur sive agriculturae ratio, sive mercatoria, sive negotiatoriae artis commerciorumque ineuendorum, provehen-

dorumque modus, neque sollertes agricolas, neque callidos negotiatores, neque habiles commerciis mercaturaemque dederunt. Quidni? Neque minorum artium peritos.

Nec alia ab iis in gymnasio sunt, in quo, licet altius, ampliusque litterae eruditioque exerceantur, quae inde utilitas, quae hic et numc immediata, certa, annua sit? Iisdem premitur vitiis, quibus et schola technica, et schola complementaris feminarum.

Ne dicat quis gymnasio singularem non esse finem, quum sit quaedam praeparatio et conditio, sine qua non, ad lyceum; nam gymnasium proprio utitur diplomate, et propriam scientiam habet immediate assequendam, praesertim cum non omnes iuvenes in lyceum progressiantur; nec schola ulla est, quae triplici fine, seu meta, careat, nempe I^o qui ad insti- tuendi artem pertineat, II^o qui a doctrina ac ratione proficiatur, III^o denique ab utilitate.

Ceterum cum lingua latina sit disciplina prima propriaque gymnasio ac lyceo, qua de causa in utroque impertietur? Numquid ut latinum quis tantummodo sermonem calleat, et latinis utatur auctoribus in media eruditione et generali? Sed plures continentis anni ad hoc fortasse nimium quid et onerosum sunt; satisque superque esset adolescentibus bona latinorum interpretatio scriptorum; nec video quid prosit a vulgari idiomate in latinum verba sensumque transferre. Subest ergo alia causa; eaque est ut adolescentes pedetentim et per quosdam gradus procedant ad concipiendum latino more, latino animo res, easque latino ritu describant, praceptoribus exempla praebentibus in gymnasio, in lyceo, in athenaeis vel ipsis. Quod ubi fiet, tunc vere praesentem, « practicum », prout vulgo dicunt, utilem finem laboriosae et diurnae disciplinae nos adeptos fuisse dicemus, et a scholis, quas passim « elasticas » appellant, nos retulisse videbimus. Ubi haec persuasio haeserit animis familiarium et iuvenum, tunc maximus addetur adolescentibus animus, et ingentes ubique spes excitabuntur, quum plerique sint, qui inutilia prorsus circa studia aestuare et algere se tot per annos querantur: iamdiu enim demortuan in linguam se oleum perdere et operam lamentantur, nec sciunt eam vivere, vigere, crescere, et ab Europa ad ultimos Americae utriusque fines fre-

quentari, et habere tum homini tum societati, et suo fovere sinu quam maximam utilitatem et fructum uberrimum.

Tunc vere quae latina instituta sint, adolescentibus usui erunt integra vita, quotiens nempe aliiquid habuerint communicandum exte- ris sive colloquio, sive epistolis, quotiens sive domissedis, sive peregrinis, semper latinus auxiliabitur sermo; nulla enim est gens tam imman- sueta tamque fera, penes quam aut religionis, aut iuris, aut narrationum causa non percrebuerit. Quod si adolescentibus praecessores altius haec insculperent: « Lingua altera vobis latinus sermo a patria lingua erit, quo, saepius quam arbitramini ac speratis, ut poteritis et feliciter uti », facile sibi de re ipsi suaderent, in eam diligentius incumberent, et, quae aspera expe- riuntur in lingua, non eos deterrent, quinimo haec de pulchritudine et sapientia illius inef- fabili admonerent.

At exemplum, at usus quotidie ab institu- tione gymnasii ineunte devenire ac defluere debet. Quemadmodum enim in scholis, passim qui erudiuntur iuvenes circa gallicam, germanicam, anglicam linguam, eam in colloquio fa- miliari praे manibus habendam iis esse cen- semus, — usus enim plura docet quam liber, — sic in ultimis gymnasii classibus saltem, sic in lyceo, sic, ubicumque latini sermonis disci- plinae traduntur, alumnis colloquendum, seri- bendum, cogitandum latino more esset; quin etiam in athenaeis ipsis, praesertim ubi litterae traduntur, ceteris exclusis, latinus tantum dis- cipulis sermo in eloquio, in scriptis praeci- piendus esset.

Haec, meo iudicio, inferenda emendatio in scholas nostras, si necessitati et ratione parere voluerimus; haec lex universis « mediis » in- benda scholis. Verumtamen exemplum, quo magis quam hortationibus et praecceptis trahimur, ab Italia dandum, quae Romae primogenita iure optimo celebratur, et haeres immediata cultus, humanitatis, et linguae illius aestimatur. Hodiernae humanitati, moribus, paedagogiae pulcherrime huiusmodi lex inserviret, quia facillime populus inter se communis eloquii nexu vinciret, qui, dum propria singuli utentes lingua se ab aliis diversos sentiunt, latinam loquentes fraterno et domestico se vincentes officio experientur. Numquid praeteribo quanti

asset abdicata necessitas in plures incumbendi sermones, quod adolescentibus, non minus ac pueris virisque, grave est mediis in scholis, sive de obsoletis iam, sive de hodiernis linguis agamus?

Et fructus asset inde eruditis viris vel maximus, qui plurimas nunc querere linguas debent, ut quae suae sunt rei apud exteris gentes agnoscant aliorum studio et labore comparata quoque anno, mense, dieam ferme quotidie, in singulis disciplinis.

Num quod aevo licet medio, in latino sermone communia omnia habenti, instaurare XX saeculo non licebit? Fas et decorum est pulera et commoda revocare, resuscitare, reducere. Hoc sapientum iudicio nec abs re, nec abs captu, nec abs viribus nostris asseritur; hoc in votis non minus apud nostrates quam apud externos; hoc in dies volentibus adipiscendum. Meritis igitur decorandi laudibus qui in coetibus sive historiorum, sive latinitatis, abhinc menses pauco Romae habitis, talia caverunt, expressere, optarunt, praesertim cum huius linguae studium apud cultas gentes in honore sit. Quid autem deest nisi largior et quotidianus usus? Assuecant ergo mediis a scholis discipuli. Hoe ubi fiat, Italia auspice et aliis faventibus civitatibus, historiam qui nostri saeculi exarabunt faustissimos scribent humano generi dies, venientium aetatum omnium utilitate, et praeconio celebrando.

ANGELUS VALDARNINI
Athenaei Bononiensis doctor.

RUPERTUS CECIL DE SALISBURY.

ANGLICA terra, ex quo, Ioanne rege, parta sibi libertate frui coepit, et senatus suffragiis gubernari, per omne tempus naeta est in supremo magistratu obeundo viros, qui non modo admirabili prudentia civili, verum etiam studio patriae sua praefervido, et robore constantiae virtutisque incredibili, obtinere paulatim, ut aucta sensim et constanter sua gentis potentia, terra marique per omnia late terrarum littora et Venetum imperium aemularent et facile vincerent, imo Romanum iamiam adaequarent.

Hos inter novissimos, qui Pittius, qui Beaconsfieldus, qui Gladstonius vocantur, Salisburiensis hic marchio etiam praefulsit, qui, Victoria regina imperante, dum citius in dies ad potentiae culmen anglica classis, et arma, et opulentia properant, consiliorum publicorum exstitit saepius arbiter et auctor, quem grato animo, et admiratione, et plausu universo non tam clientes, quam et aemuli prosequunt sunt, hodie vero vita funetum cives omnes Britannici, quotquot ubique terrarum incolunt, ab ultima Australiana terra ad Americana nordica littora, non fletis lacrimis deflent.

Saeculi decimoni anno trigesimo natus hic est Rupertus Arcturus e Caecilia gente nobilissima, secundas in ordine liberorum Iacobi marchionis Salisburiensis, qui summos magistratus non semel et ipse gesserat. Oxonii, in

athenaeo illo celeberrimo, post studiorum curiculum expletum, baccalaureatu est insignitus omnis humanitatis.

Crebra deinde per anglicas colonias suscepit itinera, atque inter Australianos, auream fodinariam fortunam pertentatus, diu incoluit. Inde redux, quum summa etiamtum asset iuventa, — annum enim vigesimum tertium vitae suae attingebat — legatus populi in comitiis est renunciatus, patriciaeque factioni adhaesit, quam *ties* nomine solent Angli vocare. Tunc eminuit brevi inter suos et facili eloquentia, et acie ingenii perquam vivida, et consilio prudenti in disceptationibus omnibus. Paulo post Georgiam Andersoniam uxorem duxit, cultam pueram, at bonis fortunae expertem, idque abniente patre, qui vivere exiguo vietu Rupertum coegit et labore calami indefesso per diaria et commentarios sibi comparare vitam; in dies vero laudem doctrinæ et nomen sapientiae iuvenis sibi latius et illustrius addebat.

Fratre maiore natu vita functo, Cranbornensis dominii titulo ipse frui coepit. pauloque post, anno MDCCCLXVI, Derbius dynasta, summo magistratu potitus, Salisburiensem iuvenem, ut res Indorum regeret, secum advocavit. Brevi tamen; cum enim de vulgando latius iure suffragii in populum ad oratores municipes eligendos rogatio proponeretur, ille, parum rei consentiens, suo se munere abdicavit, vehementibusque disceptationibus rogationi obstitit. Sequenti anno, ob patris obitum, haereditarior ipse iure potitus est consedendi inter Patres Senatores: ex tunc Gladstonio praesertim viro illi eminentissimo adversari visus quoties ille ad summam reipublicae gubernandam accederet. Itaque anno MDCCCLXXIV, patricia factione vietrice, ad Indiana iterum negotia gerenda ille adlectus est. Quarto post anno, Russorum Turcarumque bellum exarsit, quo peracto, Russicis armis paene in ditionem, Saneti Stephani foedere, Turcae se dedere visi sunt. Hisce triumphis ut obstante Angli, tunc maxime sategit Salisburius, atque Derbius socio suo a munere recessente, ut cum exteris commercia teneret ipse delectus est. Quare una cum Beaconsfieldo ad Berolinensem conventum Anglicam legationem ille gessit celeberrimam, unde redux se *pacem honorificam* obtinuisse Tureis et Anglieis iuribus merito inter ovantem populum asseruit.

At quid populari aura fluxius? Nonne duos post annos, cum Beaconsfieldus vita migrasset, patricia factio est superata unaque cum ea Salisburius e magistratu pulsus? Gladstonius illi successit aemulus, atque illi vieissimum noster suffectus est brevi vieissitudine et frequenti, iuxta huius vel alterius partis victorias, annis MDCCCLXXXV, MDCCCLXXXVI, MDCCXCII, MDCCXCV. Suprema hac via, cum etiamtum ille teneret imperium, bellum novissimum flagravit Africæ ad ultimas horas, quod nimis sane recens habetur, unde aequum historiae iudicium suscipiat.

Ut itaque, tertio abhinc saeculo, Caecilius maiores, Elisabeth regina imperante, rempublicam cum laude summa administraverant, ita aetate nostra sub Victoria regina Rupertus hic, at perquam illustrius, potuit medium ferme saeculum maximis utilitatibus nomine suo quodammodo

obsignare. Quod enim imperium iuvenis inventerat, duplicatum late genti suae moriens reliquit; non mirum igitur si ob eius interitum civium inetus universus fuerit; adeo enim publica veneratio eirea illum succereverat. Hatfield in opido iusta funebria personata ubi ille decessit, ibique sunt conditae exuviae, quibus tamen in Pantheon illo Anglorum celeberrimo, inter maximorum virorum sepulera, haud dubie dignus erit locus.

P. ROSSANI.

POLICHROMIA APUD GRAECOS IN STATUIS.

POLICHROMIAM, eam nempe artem, vel (et fortasse reetius) morem illum et ritum, quo simulaera, statuae, signa quaeviis exculta coloribus insuper pingerentur, fuisse apud Graecos passim et traditum est, et idem quae Athenis, Delphis, Olympiae effossa sunt monumenta testantur. Non hic ergo quaestio utrum fuerit, sed potius tempora, quibus primum colli coepit, et in ritu esse quaeremus.

At, eirea polichromiae originem, remeandum credo ad ipsa Graecarum artium primordia, ubi scilicet primum aliquid sive ligno, sive topo, sive creta dolatum est, ideoque attingimus primordia gentis. Quae quum ex Aegypto cum Ramesse Danao migrasset in Graeciam, populis constans Iudaeis quae Lacedemoniam, Indieis quae Ioniā, Aegyptiis quae reliqua incoluerunt, mores ab iis transtulit regionibus, unde veniebat. Itaque eum et apud Aegyptios et apud Indos, uti adhuc in monumentis eorum videre est, mos illinendi simulaera coloribus invalueret, nil mirum si Graeci hunc retinuerint inde abeuntibus; quem ritum tamen, quo magis ab exitu illo aberant, et eo minus colebant: perfectionis apicem in optimis artibus postea adepti, nihil aliud inde retinuerunt, praeter id, quod non modo optime conciliaretur cum arte, sed arti sculptoriae adiumento esset, et, signa aspera intuentibus delinqueret. Quum tamen color, abeuntibus annis, vel pallescat, vel nigrescat, vel evanescat, necesse erat, iuxta ipsius elementa coloris, aere faciente, vel quotannis, vel singulis lustris necessario colores instaurare, praeter ea, quae in delubris victimarum fumo, et fumo thuris et aromatum pallescant. Sacerdotibus igitur hoc munus erat, et ideo statis diebus, ut Maerobius, ni fallor, ait, «simularum Iovis minio inungi, illinque solitum»; et ideo etiam noster Horatius:

*Delicta maiorum immeritus lues,
Romane, donec tempa reficeris,
Aedesque labentes Deorum, et
Foeda nigro simulacula fumo.*

Haec pro certo seimus in templis fuisse perpetua, et quadam necessitate cogente: si vero consideraverimus sacerdotes tenacissimos antiquissimorum fuisse morum semper, si consideraverimus necessitatem instaurationis huins iugiter redeuntem non modo in ea, quae sub dio, sed etiam in ea quae sub tecto simulaera servabantur, cognosemus quid sentiendum de polichromia sit iuxta originem, quid insuper sequenti tempore indicandum.

Septimo ante Chr. saeculo, quae ligneis antea sculptura et creta utebatur, molle lapidum ge-

nus adorta est, lapidi inhaere operis pictura vel necessaria. Graecos fuisse reiecit quia continent, quibus credo; nam et invenimus durum (ut aiunt) optimis bus, quae intratur, feram; scilicet hisce scalpendi bis mixtura ab nostro est, quin hand quidquidem hodierno. Idque cum enim rusti gladium in venum dum attulisset, in cultrum optimis probatum diu, gressus; at chalybs inivi, — ter minime lieissime, magnus et certamine redi.

Et uti res maiorum (date veniam vestrum) dum est hosce in iuxta imitationem primebantur, ita bris, caeruleis, vir manusque candidis unice rubro et caeruleo opportunitatis et mos et in anaglyptorum ritum vasculorum etiatis dicam, distingue ruleae sunt rubrae sunt in caerulea. Hac disciplina et vicesimum eiream qua aetate nobilitate atque haec aptissimam fuit, quae tum quae magis, tum quia tissimis respondet numeros, neque amota, aut reiecta rimae materies esse nino eam picturam bitione aliqua se opertam prorsus, saxo periculum facie tophaceis con quodam subnigra barba, supercilia, oculi pupilla nigra vestium, orae aliciae sunt, sandali purpura discrevit, terpungebantur dem de manieis quibus tunicae ad minor usus, multo ruleo additus nigra bitione est, brevis aurum, et scintillantem candor maneretque oculis ei-

veniens inveniens reliquit; eritum civium in publica ve Hatfield in opere ille decessit, tibus tamen in uno, inter maximus dubie dignus

P. ROSSANI.

N STATUIS.

tem, vel (et et ritum, quo s exculpta coe apud Graecem quae Athene monumenta utrum fuerit, cum coli copta

n, remeandum primordia, ubi sive toplo, sive gimus primor eum Ramesse opulis constans licis quae Ioculerunt, mo inde veniebat. at apud Indos, idere est, mos valuisse, nil abeuntes; exitu illo abeptionis apicem hil aliud inde modo optime lptoriae adiunctibus deliniunis, vel pal necesse erat, faciente, vel essario colo

in delubris et aromatum munus erat, us, ni fallor, angi, illinique oratus:

ues, is, et o.

s fuisse per nte: si vero ssimos anti si consideris huins iu uae sub dio, nulaera ser dum de poli insuper se

gneis antea lapidum ge

nus adorta est, tophum dico, cui et coloris causa lapidi inherentis, et ad perfectionem quoque operis pictura ferebatur non modo idonea, sed vel necessaria. Qui vero autumant ad tophum Graecos fuisse conversos, marmoribus saxeisque reiectis quia dura nimis haec scalpis resistenter, quibus uterentur, eos errasse et errare credo; nam et apud Aegyptios et apud Indos invenimus durissima porphyretica, et granitica (ut aiunt) optime sculpta, ne quid de lapidibus, quae intra pretiosos lapides adnumerantur, feram; scimus autem, ex reliquiis, eos in hisce scalpendis usos fuisse quadam ignota nobis mixtura ahena, quae durior ipso chalybe nostro est, quinimo ex ipso arma conflata, quae haud quidquam chalybi vel optimo cederent hodierno. Idque mihi certum experimento fuit; cum enim rusticus quidam repertum ex aere gladium in vetustissimo sepulcro ad me videntum attulisset, probare volui quid valeret; ideo in cultrum optimum, quo in equinis utimur, probatum diu, gladium intuli quasi vulneratus; at chalybs noster, — ter enim experientiam inibi, — ter minor aere fuit, et dentatus infelissime, magnum admirante me, a periculo et certamine redit.

Et uti res magis Aegyptiana, magis Indica (date veniam verbis) appareat, animadverendum est hosce colores non sequi, non distribui iuxta imitationem rerum, quae sculpturis exprimebantur, ita ut nonnisi vestes flavis, rubris, caeruleis, viridibus operarentur, vultus vero manusque candidis, roseis delinirentur, ferme unice rubro et caeruleo omnia velarent pectora, opportunitatis et veritatis incuriosi. Qui quidem mos et in anaglyptis servatur, iuxta Hetruseorum ritum vasorum, decoratis pictura, et, rectius dicam, distinctis. Itaque aut figurae caeruleae sunt rubra in area, aut rubrae figurae sunt in caerulea.

Hac disciplina ad quingentesimum annum et vicesimum circiter ante Chr. perventum est, qua aestate nobilissima in marmore materies, atque haec aptissima scalpendis data statuis fuit, quae tum quia mollior, tum quia obediens magis, tum quia fingendis apprime vel delicatissimis respondebat, omnes visa est proferre numeros, neque a sculptorum manibus inde dimota, aut reiecta. Tunc autem, cum pulcherrima materies esset, indignum visum est omnino eam picturis abscondere; eredo etiam ambitione aliqua scalpentum non fuisse coloribus operata prorsus, scilicet ut appareret in quo saxo periculum fieret, et etiam ne eum ligneis ac tophaceis confunderetur. Capilli hie flavo quodam subnigricante colore fuscati sunt, et barba, supercilia, labia rubricata apparuerunt, oculi pupilla nigro emicuit. Cingula, fimbriae vestium, orae alicuius ornamenti participes factae sunt, sandalia, et ligamina horum modo purpura disservit, modo colores, quibus acu interpungebantur de more. Eadem de peplos, eadem de manicis tunicarum, eadem de zonis, quibus tunicae ad latera stringebantur. At si minor usus, multiplex color; nam rubro et caeruleo additus niger, et quoniam aperta via ambitioni est, brevi, ut in republica solet, irrupit aurum, et scintillare coepit inter colores. Ne autem candor marmoris nimium strideret, offendere oculis eminens a coloribus nimis, quo-

dam liquamine seu unguine delibuta sunt marmora nuda, et ita candor mollitus.

At quo magis ars excellentibus crescebat artificibus, eo minus polichromiae spatium relinquebatur, quasi ipsi artifices nollent laborum suorum opus invidia picturae velari. Quinto hinc et quarto ante Chr. saeculo polichromia languescit brevi moritura, et quamvis aliquid adhuc praebat, nec sine laude in metopis Olympici Iovis, in Mausoleo operoso Alicarnassi, in sarcophago, qui Alexandri Magni dicitur in Constantinopolitano museo, morientis hae voces habenda sunt potius, quam triumphantis ac dominantis.

Fateor etiam post Christum aliquid polichromo simile exstisse, nam recordor apud Vicovalium quadraginta, plus minusve, abbine annis repertum in effossione sarcophagum, Antoninianae aetati adscribendum, egregie sculptum figuris, Meleagri venationem praeferebant, quibus in figuris certa auri signa apparabant; scimus et alia simulaera pariter auro delimita fuisse tum Augusti aetate, tum eirca, et antea scilicet et postea; sed has auri deductio-nes ad ostentationem divitiarum potius arbitror factas, quam ex lege sculptoribus imposita.

Neque aliter dicendum est de signis ahenis, quae adhuc supersunt, de equestri Marci Aurelii statua in Capitolio, de Hercule in museo Vaticano. Auro quidem adoperta erant, et non nullis in partibus Aurelianum illud Augustum adhuc, omnino auro operitur Hercules; at.... quanta pulchritudine singula vel minima emergunt in aere, quae fortassis latebant sub auro, aut, nisi latuissent, certe ob auream coruscationem non optime distinguebantur!

Nunc aliquid mihi dicendum de optatis quorumdam, quos inter honoris causa nomino Georgium Treu e Dresdensi Academia, qui rursum inducendam polichromiam in statuis tueri putant, mirabile nescio quod inde sperantes; fortasse viventis personae imaginem pulchre et realiter adductam. Esto quid sit futurum; at nihil inde arti; nam nos ideo statuas miramur, quia lapideae sunt; viventes non miraremur. « Omnia praeclara, rara »; proverbium vetus; neque enim admiratione percellimur videntes a Providentia Dei tot miriades animantium quotidie ali; miramur autem quinque hominum millia in deserto a Christo nutrita. Insolita miramur; ab assuetis non fit passio. Ita et in statuis. Immo addam; non sine quodam stomacho aspiceremus haec simulacula suis distincta coloribus; erederemus viventia a longe videntes, proprie facti videremus demortua, cadaveribus similia. Ars omnia perderet, industria artificis delusione operiretur; dum in marmoreis ars et industria eminent, et quae eminus marmorea putantur, cominus viva apparent, et ferme sparrantia, quae vultu, quae actu praefrerunt.

Ne retro gradiamur, quae! colores pictoribus, marmora sculptoribus relinquamus. Divinum quiddam illi facient si in levigata et aequa tabula profunda dabunt, eminentia edificant; divinum isti pariter facient si ex muto saxo et gelido et inanimi cupiditates, animos, vitae actionisque calorem et prope sonantia animis verba extrahent scalpri sedulitate, genii virtute.

G. P.

MARTYRES AVENIONENSES.⁽¹⁾

(ANNO MDCCXIII)

*Annos Gallia funebres agebat:
Cives inumeros ibi tyranus, (2)
Caeso rege pio, pios necabat,
Quorum vox erat haec fere suprema:
Sanctam posce tuis, Maria, mortem.*

*Immortale decus sibi paravit
Urbs tunc Avenio, vetus Tiarae
Custos, martyrum subire visa
Turmatim, neque lassa sic precari:
Sanctam posce tuis, Maria, mortem.*

*Cernebas iuvenes, senes, puellas,
Clerum magnanimum, virosque gente
Natos patricia, bonaque plebem
Ad funus properare, concinentes:
Sanctam posce tuis, Maria, mortem.*

*Lapsat pendula centies securis, (3)
Servicesque secat, cruenta, centum.
Atrox lassat opus necis ministros;
Voces sed reliquae sonare perstant:
Sanctam posce tuis, Maria, mortem.*

*— « Cesset (carnificum reclamat unus)
Cesset fanaticum, meas quod aures
Obtundit, modulamen. I, securis,
Obtrunca iugulos adhuc canentes:
Sanctam posce tuis, Maria, mortem. »*

*Noctes atque dies, cavam per aurem
Vindex ille tonat sonor; sonorem
Non urbis prohibent viae strepentes,
Non occlusa domus, nec altus ipse,
Per quem cuncta silent in orbe, somnus.*

*Diris icta sonis et obstinati,
Mens insana viri furit; furentem
Binas auriculas utraque cernis
Obtrurare manu; nec arcte inde
Aes, quod: Posce — tonat — Maria mortem.*

*Orbes interea suos revolvit
Sol: Gallis redeunt dies sereni;
Rursus tempa patent; carentque Martis
Palmae; Lilia mox avita carent,
Nuper purpureo cruore tincta.*

*Ter denis senior satelles annis
Vix iam decrepitos movebat artus,
Immani nisi quum furore quassus,
Propulsaret atrox ab aure carmen:
Sanctam posce tuis, Maria, mortem.*

*At tandem misero seni, benigna,
Sanam restituit Maria mentem;
Linguam solvit, et ultima sub hora
Ter proferre precem docet salubrem:
Sanctam posce mihi, Maria, mortem.*

FRANCISCUS XAV. REUSS.

(1) Materiali huius carminis dedit anglicum *Method at Avignon, 1793*, quod legitur in libro Londini edito anno 1894, atque inscripto: *Carmina Mariana, an Anthology in verse, collected by Orby Shipton*.

(2) Robespierre.

(3) Instrumentum ferale, quod a nomine inventoris Guillotin, Guillotine vocatum est.

GEOGRAPHICAE NOTAE.

MACEDONES, ignita nunc seditione laborantes, plerique nostrum latina seu graeca maiorum cultura educatos sibi fingunt, quales fortasse in Demosthenis orationibus, aut in Quinti Curtii historiis, vel Titi Livii invenerem. Nam ea post maxima gesta, vix aliud memoratu dignum a Macedonibus ausum recoluit historia, qui a Romana ditione in Turcarum servitutem corruentes, saeculorum oblivione suum obrui nomen passi hactenus videntur.

At instaurata tamdiu, finitimarum gentium exemplo, libertatis cupiditate veterisque gloriae, insurgunt utique silvani oppidanique in dominos, et clade cruenta et virtute paene incredibili eos suis e finibus expellere conantur undique. Digna notatu itaque his gestis faeta sunt maxime, quae Lardy, geographicae vir doctissimus disciplinae, recenti libro eorum de moribus enarravit atque descripsit.

Equivid vero? Ut Alexandri aetate non graeca sane stirpe, sed thracia plerumque Thessalorum fines urgebant armis, ita nunc Bulgari qui vocantur praecipuam terrae partem occupant. Ex finitima Bulgaria coloniae eorum ductae hungaro forte semine, at lingua et moribus slavoniis, omnino religione christiana quidem, at schismatis infortunio a catholica nostra communione seiunctae. Episcopi atque presbyteri eorum ex Bulgaria plerumque dueti, vel in Bulgaria erudit. indeque aretissima vincula effecta sunt quae Macedoniae Bulgaris devinxerunt.

Nec tamen Graeci desunt incolae, hi quoque schismatis errores sequuti, qui meridionalem praesertim terram ad Olympum montem, atque marina hinc et inde litora tenent. Deinde, numero licet exiguae, succedunt et aliae gentes: Valachia, cui Rumeni auxiliantur, et Serbia, et Hebraica; denique Albanensium ferocissima stirps, quae Epirum veterem novumque occupat.

Hi omnes hodierna die alii contra alios pugnant; Turcae in Bulgarios, ne sese e servitute redimant; Albanenses in Turcas ne christieolis sibi adversis faveant legibus nimis: Graeci in aemulos Slavonios, ne apud eos futura Macedonum auctoritas siet: oppidorum incendia, puerorum feminarumque clades, ferocissimae pugnae tot ex odis parantur fructus; pax et libertas in votis sunt, quas tamen pharum, heu! quam longe effulgentem, omnes vident!

-4-

Tropaea concordiae per nordicos fines Europae contra et Suevi pertantarunt et Laponii, qui Bosniano e sinu dueta ferrea semita ad Atlanticum Oceanum sua commercia deduxerent. Ingens opus pariterque perarduum, cum ducta ferrea via sit per nordicam magis et bieme rigidiorum regionem, quam Groenlandia ipsa tellus et Thulensis et Beheringianus sinus. Caussam vero maximam audenda rei ferreae dedere fodinae, quibus ditissimae, et prae Ibericis litoribus; Laponiae orae celebrantur. Ferrum itaque ut maximo pondere adduceretur ad Anglos, qui illud igne purgant atque dolent, iter sterni placuit, iamque duodecimo abhinc anno ad Gallivarium usque sinum res pervenerat. Inde resumptum duos post annos opus,

inde ad Atlanticum mare exitu prospero usque completum. Ac si quis ex nostris, Solis litora incolentibus, cupiditate nova feratur hyperboream spectandi noctem, eamque medium attingentem cursum, pallido sole exornatam contemplandi, eo itinere utatur et ipse oportet, quo consensu etiam spectabit quanto elarius, quo magis urgeant terras atra nubes et frigus, mentis flamma intima ealeseat et humani ausus extollantur.

-5-

Nam si huiusmodi similia habuisset caucasea illa gens, quae Tartaros, quae Armenios, quae Persas dimumerat et Indos, non iam barbarico adhuc inter universam humanitatem more viveret. Eequid? Ibi quoque Mahometi religione vivere plerumque montani incolae noseuntur, vivere legibus ferociissimis, et bellum quodammodo agere vicissim perpetuum. Agitare equos et arma tractare praecipuae illis deliciae: at inulta omnino gens et omnis disciplinae expers, quae montes praesertim incolit et caucasea iuga. Reliqui per planities mitiori animo vivunt, quamvis semine Tartarico geniti ex victoribus illis ferociissimis, qui Asiam omnem saeculis ferreis subverterunt atque paene Europam ipsam invasere. Pessima autem omnium Curdica gens latronum, licet exiguo numero, per montes vivit; vivit ultiionibus, et rapinis, et caedibus, vivit armis et equis, vivit peccatum carnibus et silvestri quovis cibo. Obequitant eum viris uxores barbarae, et ad praedationes descendunt; interdum eum finitimis negotia agunt; at credula barbarie saepe decipiuntur; fallacie autem sumunt ferro pretium et sanguine.

-6-

Iamque id quaeri de barbaris potest, quidnam illis prosit ad mitiorem animum inducendum.

Profecto unum proderit, quod et nos excoluit, Evangelium et Verbum Christi, quod sacerdotes Dei veri praecones effundunt quasi semen inexhaustum omnis humanitatis. Nonne beneficium iam sentiunt ministerium Aegyptii, quos inter Copto ritu ecclesia Romana vivit et augetur? Alexandriae nuper patriarchale templum a Cyrillo episcopo est consecratum: Hermopolis huic adiungit atque Thebarum subsidiariae sedes, perque oppida omnia et pagos, ubicumque christiana lege vivitur, ibi surgunt sacella et scholae, et congregantur fideles. Sed Curdi, illi - heu! quam ferox et immitis gens! - eodem tempore in Urmianam dioecesim armata manu irruunt, depopulantur, incidunt, trucidant, oppida christieolum tria delent funditus et abradunt. Hisce nisi succurrant magistratus et milites, catholicum nomen e Persico litora divelletur!

-7-

Clamat itaque ad auxilia sacerdotes, clamant fideles: appellant auctoritatem nostrarum gentium ut, ea interposita, tutior sibi vita fiet; appellant liberalitatem, ut recepta detimenta sarciantur. Quam postremam et verbi divini propagatores, pariter ubique diffusi, suppliei voce suis pro gregibus expostulant. Yamagata urbem ad Iaponiae inter frequentem cathecum turbam destituitur sacello cultus; Zan-

zibaria in Africa terra meridionali S. Iosephi templum cathedrale omni sacra suppellestili adhuc eget.

Faustiora canunt qui ad Congo flumen illud praeeeps Fallenses barbaros erudit. Gabrieli dicata nova sucere seit civitas Christi: ubi silvae horruerant, modo culta arva renident, fructifera extollunt capita arbores: puerorum ingens est asylum: templum late magnum, domus civibus excitantur. Similia Stanleopoli in urbe capite tertio iam anno florescant fata. Minora, sed non exigua, quae Romae et Basoco ad oppida agitantur a presbyterorum decuria, quae adest ubique, quam vix adiuvant sacrae sodales sex: ingens messis pro manipulo messorum paratur.

-8-

Historiae populorum bellicae atque civili, his ausibus Evangelii saeri connectunt fasti: hoc enim Deus iussit esse discipulis, quos reliquit, mandatum et consilium princeps, caritatem et assiduam orationem, ut maturaret ubique regnum Dei. Si qui igitur numquam divinum verbum audiverint, iis nosecant primum, mox erudiantur: si qui obliti fuerint, ad male relieta praecpta Patris revocentur.

A. COSTAGGINI.

XYSTINUM IN VATICANO SACELLUM.⁽¹⁾

De Xystino sacello dicere incipient difficultius est exitum quam principium invenire; ita enim in illud omnes optimarum artium thesauri, omnes clarissimorum memoriae et monumenta virorum, omnes omni modae perfectionis numeri inducti sunt et congregati, ut, quoad mens humana potest respicere spatium longissimi temporis, non modo nihil illi anteponendum, sed nihil penitus aequandum esse videatur. Quod si quis optaverit meridiana sibi luce clarescere, ante omnia consideret, Vaticanam aream ita se habere, ut regum omnium domibus et sedibus longe antecellat, nec par, nec secundum quid habeat amplitudine aedium, amoenitate locorum, gloria rerum ibi gestarum, fama celeberrimorum virorum qui incoluerunt, adierunt, musisque omnibus ornaverunt, et sanctitate, sapientia, et quadam perpetuitate utriusque virtutis ita decoraverunt, ut iure Vaticanas aedes poeta appellaverit:

.... loca sancta et proxima caelo.

Atqui si Vaticanum omne, quantum est, an nulo enim aureo comparaverimus, Xystinum in eo saeculum, quasi quidam adamus sit pretiosior auro, fatebimur emicare et emergere. Neque illud praetereundum arbitror, quod huic loco singulare est, et quasi ineffabile: quippe, (sive id ex areano afflatu aliquo sit e loco ipso et rerum dispositione dimans, sive ex iis solemnibus halet, quae ibi ritu augustissimo perficiuntur, sive ex figuris undique percellentibus

(1) Vaticanani saecelli huius insignis non semel in nostro Commentario mentionem fecimus, praesertim ob recentes eventus. Itaque hanc inopportunitum duximus miraculum artis splendissimum scriptis et figura illustrare.

oculos, qui quellentia oper solvit si la dius: si grav nihil magnific ipso in moestis Quaeso, quid laetitia cum la divinis, luctum potiorem in ge

Aliis haec in praesentia nec serutandum earum ingenia n

Nonnulla poss adnotare, et eas sive ex libris, s enim rerum stan sunt demandata

Pontificis don templo decebat, senecta saepe ventis, hieme, a adeundis basilic etiam ut ita se esset satis perag Purpuratos Patri nobilissimis et A insuper ut aliquibus concederetur stus IV de illo ex que tradidit archi rimo B. Pintelli fundamentis rege ut quartum iam tes, nec fornicies, umquam adver rietes illitis udo arte mira dedux Pomaraneus, Mat Michaele Arcange pore potirentur, et, Hebreis venerantur, relinquerent.

Abeunte Xysto celo iam ab auct Pontifex Xysti ne ticanae basiliea dificationem molidecorandas decre missum voluit, ea versutus, Bonarroti Moses ille, quo v habet praestant sepolchrale Iulii n quam, adhuc vive quia pictoriae arti tur, ut quodammodo que nepote suo, F tur. Abnuit Michael dum Raphaeli pot Iulium a proposito Itaque Bonarroti tati parere debuit tinis, qui opem fe Brevi tamen eicie rei, et minores fac adoritur giganteu duxit, et immensu patoria, omnium co

nali S. Iosephi
suppellectili ad-
mungo flumen illud
adidunt. Gabrieli
aristi: ubi silvae
ident, fructifera
orum ingens est
, domus civibus
in urbe capite
Minora, sed non
d oppida agitan-
ae adest ubique,
ales sex: ingens
paratur.

atque civili, his
untur fasti: hoc
alis, quos reli-
princeps, carita-
maturaret ubi-
r numquam di-
oscant primum,
uerint, ad male-
tur.

COSTAGGINI.

SACELLUM.⁽⁹⁾

incipienti diffi-
cilem inven-
optimarum ar-
um memoriae et
uimodae perfe-
congregati, ut
picere spatum
ibil illi antepo-
andum esse vi-
meridiana sibi
sideret, Vatica-
m omnium do-
t, nec par, nec
dine aedium,
ibi gestarum,
i incoluerunt,
verunt, et san-
tuitate utrius-
iure Vatica-

a caelo.

ntum est. an-
us, Xystinum
amas sit pre-
et emergere.
or, quod huic
ibile; quippe,
sit e loco ipso
ive ex iis so-
stissimo per-
ercentibus

semel in nostro
sim ob recentes
miraculum artis
v. v.


ceulos, qui quo cumque inciderint attoniti ex-
cellentia operum haerent, quidquid ibi ab-
solvitur si laetum, nihil usquam ipso iucun-
dius: si grave nihil usquam augustius ipso,
nihil magnificentius; si funebre, nihil usquam
ipso in moestitia solempne magis. et moestum.
Quaeso, quid est hoc, quo locus idem gestat
laetitia cum laetis, maiestatem redoleat cum
divinis, luctum et moerorem excitet in lugubri
potiore in gentibus?...

Aliis haec inquirenda relinquimus; nobis in
praesentia nec licet, nec, si liceret, vires ad per-
scrutandum causas essent satis: tantum enim
onus ingenia nostra non sustinent.

Nonnulla possumus, quae ad istud pertinent
adnotare, et ea narramus libenti animo, prouti-
sive ex libris, sive ex ipsa traditione – famae
enim rerum standum quoque est – ad nos ultro
sunt demandata.

Pontificis domum privato quoque gaudere
templo decebat, praesertim quia plerumque
senecta saepe Pontificem imbribus, glacie,
ventis, hieme, aestu et inclemencia aeris ab-
adeundis basilicis deterrebat. Atqui decebat
etiam ut ita se haberet, quod solemnibus
esset satis peragendis, et antistites Curiae et
Purpuratos Patres capere posset, nec deesset
nobilissimi et Augustis viris in eo locus, et
insuper ut aliquod spatium a longe venientibus
concederetur. Hinc Summus Pontifex Xystus IV de illo excitando meditari coepit, rem-
que tradidit architecto, illius temporis celeberrimo B. Pintelli perficiendam, qui solidissimis
fundamentis regendum eredit aedificium, ita
ut quartum iam praeter saeculum nec paries,
nec fornices, tot saepe terraemotus passi,
umquam adversa pertulerint. Duodecim per pa-
rietes illitis uero coloribus Perusinus tabulas
arte mira deduxit; Resurrectionis historiam
Pomarancius, Matthaeus a Licia daemones cum
Michaële Arcangelo pugnantes ut Mosis cor-
pore potirentur, et, idololatriae futurum causam,
Hebraeis venerandum prius, mox adorandum
relinquerent.

Abeunte Xysto a mortalibus, quia nomen sa-
cello iam ab auctore Xystinum erat, Iulius II
Pontifex Xysti nepos, suasu Bramantis, Va-
ticanae basilicae formidabilem, immanem ae-
dificationem molientis, fornices Xystini figuris
decorandas decrevit, opusque Bonarrotio com-
missum voluit, eadem suadente Bramante, ut,
versutus, Bonarrotum a simulaclis, (quae inter
Moses ille, quo vetustas graeca et latina nihil
habet praestans), averteret sculpPENDIS ad
sepulchrale Iulii monumentum, Iulii ipsius, in-
quam, adhuc viventis voluntate inchoatum, et,
quia pictoriae artis expers Bonarrotius putabat-
tur, ut quodammodo capite minueretur, minor-
que nepote suo, Raphaele Urbinate, iudicaretur.
Abnuit Michael-Angelus, et opus ducen-
dum Raphaeli potius, quam sibi dixit: sed quis
Iulium a proposito tenacissimum dimoveret?
Itaque Bonarrotius, vellet nolle, Iulii volun-
tati parere debuit; et accitis pictoribus Floren-
tinis, qui opem ferrent, operi manus admovit.
Brevi tamen eiecit, expulit impares gerendae
rei, et minores faciundis compertos. Solus ergo
adoritur giganteum opus, solus ad finem per-
duxit, et immensus pictoria arte, prout in scul-
ptoria, omnium consensu iudicatus est, pridie



Xystinum in Vaticano sacellum.

kalend. Novembr. an. MDXII. Viginti vix men-
sibus fornicem ingentem tot prodigiis imple-
verat, quot ibi figuras depinxerat! Quindecim
ducatorum millia (circiter quinque et sexaginta
hodiernarum libell. millia) pro opere data sunt.
Nunc decies totidem una tantum, ex illis sex-
centis imaginibus, imago vix emeretur! Quis
tamen divenderet?...

Iamque duo et viginti praeterierant anni:
Michaelangelus libentiori voluntate scalpra et
marmora sibi optabat, quam colores et penicilos.
Dicitur abhoruisse, quia diu reflexo in hu-
meros capite, fornices quem pingere Xystinos,
vitium in nervis colli induisset, quod postea
numquam exuerit. Tres Perusini tabulae erant
in parietibus absidis pictae, pulcherrimum opus;
nempe Mosis expositio, Christi nativitas, Dei-
parae in caelum assumptio; et tamen impares,
iniquae picturis Bonarrotianis videbantur. Cle-
mens VII ideo de opere Bonarrotii novo super-
ducendo cogitabat, et, quae volebat, expressit.
Morte praereptus Paulo III Farnesio in locum
suecedenti mandatum reliquit. Tanto semet
labori Michaelangelus denegabat. Ipse Ponti-
fex Paulus decem comitantibus Purpuratis ma-

gni domum artificis improvisus ingreditur, ora-
turus et hortaturus ut faceret. Numquid negaret
iussuro? Parere, necessitas fuit: et Bonarrotius
immensus immensum propiciens, illic supremi
Iudicis supremam sententiam coloribus et arti
exprimendam tradidit. Quae erant picturae,
delentur, ut paries fiat eminentior et promissior
in summo, reductior in imo ne pulvis super
picturas consistat. Tum, divinum quoddam in-
tuens, admirabili admovit operi manus, cui ni-
hil umquam par fuit et erit. Octo annos in opus
incubuit solus, ut solebat, deditque quod su-
prenum conceptu genii est, quod lineis et arte
pictoribus est quasi schola iugis, quod vita et
veritate actionum insuperabile hactenus existi-
matur. Quidquid sacrae chartae, quidquid Ali-
gerius, quidquid Vergilis habent, illie una
coniurant, et quid terrible, tremendum impo-
nunt animo consideranti. Numquid ea descri-
bam, quae impossibilia dictu sunt? Si videris,
conficies, intelliges; si loqui volueris, experie-
ris facto consequi te ea verbis non posse. Anno
MDLI, Natali die Domini, omnibus obstu-
pecentibus patuit. At quem paulo ante Pontifex
visum ivisset, miratusque laudaret, quidam ex

antistitibus apostolicarum caeremoniarum magistris, Blasius a Cesena, a Pontifice dissentiens, dixit se stomachatum imaginibus illis caupona dignis, quae tot nuda corpora referabant. Ultionem de eo Bonarrotius tulit; namque, ubi velaria ablata fuere, in Mino vultus, imago Blasii tota erat. Exclamare ille, vocare, perstrepere, atrociter ferre, Pontificem exorare ut imaginem sui vultus deleri iuberet. Cui Pontifex: - Et ubinam, Blasi mi, te collocavit? - In inferno, Pater Sanete, - respondit, - in inferno ille me, fureifer. - Doleo, - Paulus ait; si enim te in « purgatorio » posuisset, pro te plura facerem, et facta valerent; sed quia in inferno.... Num ignoras quae scripta sunt? *In inferno nulla est redemptio!*

Visne quid sit Xystinum cognoscere? Accede et sta in solemnibus hebdomadae sanctae, in Officiis tenebrarum... Contremisce. Visne exultare? Accede diebus effusae laetitiae. Templo idem, picturae, imagines eaedem tecum gestient, quae tecum antea fleverunt, quae paulo antea te terruerunt. Undenam hoc?...

Rememorare nunc quot ibi fuerunt Pontifices, quot magni viri, qui fuerit ipse, qui nuper iacuit exanimis, lacrimante circum Ecclesia, et qui novus Petrus e Petro ibi vivus rursum seddit, circum exultante grege Christifidelium; intuere...; senties profecto quid sit Xystinum in Vaticano sacellum; senties, inquam, impos effari!

H. DE VECCHI PIERALICE.

5]

SATURIO.

Comoedia latinis versibus conscripta et in tres actus distributa.

CH. (1) Aedopol iam ego te habebo pro matula! Iotas tu nugas dicere ne desinas. Est nam provincia parvula Graecia? Centum sunt urbes, mille sunt oppida; Eo si vellem mittere ego nuncium Forest expensae nimiae necessariae, Meum quae praesens superant marsupium. Quid faciam? Fere nulla dies labitur, Qua non mittam ad portum puerum Dinacium Scitatum, num qua navis huc ex Attica Appulerit, quae mihi a fratre aliquid afferat. Vel si non aliud, saltem quinque litteras: « Valeo! » quae mihi darent voluptatem maxi-

[mam.

Vel hodie tentare haud insanum puto. Ibo et vocabo puerum, quem mittam ad mare. STR. Vocem Dinacium? Res quae me nunc occupat Est, mihi ut dicas quidipsum de prandio; Meus nam venter rabida fame latrat.

CH. Pessima servorum natio, quae titulo Amoris domos subvertunt ac dirunt. Usque tu loqueris rebus de cibariis? Me ciborum taedet.

STR. Callidorus vero Tua pol minime callet sapientia! Imo dicit stomachi vexari taedio. CH. Para quod cupis. Videbis miracula. Ibo nunc recte ad forum piscatorium. CH. Vade quo lubet, modo recedas denique. STR. Ero, ni comedes, ego felicissimus. (2) (Tham nam partem manduebit Strobilus). SAT. (Scio, pol! nunc plane quomodo possiet, Opipare mihi praeparare prandium, Fames, quae fida semper magistra fuit!) (3) Potines paucis, bone, me recipere?

(1) Subiratus, quasi consilio illusus.

(2) Atio versus, ne exaudiatur.

(3) Exit in proscenium, malitiosa timiditate.

DIARIUM VATICANUM.

Mense Augusto an. MDCCCCIII, die XVI. — SS. D. N. Pius PP. X audit Purpuratos Patres Iosephum Martin de Herrera y de la Iglesia, archiepiscopum Compostellanum, et Franciscum Segna, tabulario Vaticano praefectum. Ab eo pariter excepti sunt archiepiscopus de Manila, et magisterium urbani collegii a S. Rocho nuncupati, panes rite de more piatos offerens.

— die XVIII mane Pontificem adeunt Purpuratus Pater Alexander Samminiatelli-Zabarella et ex eius vir Marius Chigi, princeps urbanus, S. R. E. « Marschallus perpetuus », una cum suis accessis, qui in Conclavi aliquo munere functi sunt. — Vesperi autem eius vir Carolus Nocella atque ex eius vir Philippus Orsini, princeps urbanus, alter e proximis statoribus a solo Pontificis Maximi.

Quo magis expleantur multorum desideria, qui Supremum Pastorem rogarunt ut ad pedis osculum admittentur. Pius PP. X iubet certum numerum quotidie per Damasiana peristyli distribui. Itaque iam ab ipso hoc die, ad hortos Vaticanos pedibus deambulaturus, eum intromissis, sistens, humanissima colloquia serit, iisque benedit.

Ad Catholicorum Germanorum coetum Coloniae Agrippinae congregandum litteras mittit, quae sequuntur:

« Dilecto filio Carolo Custodis praesidi primo conventui catholicorum parando Coloniam Agrippinam.

» Dileete Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

» Quas nuper ad Nos misisti litteras nomine Coetus conventui catholicorum parando, eae duplice ex causa postulant ut grati benevolentisque animi Nostri non medioarem iucunditatem testemur. Porro commune gratulationis officium, quod, propter sum-

mi Pontificatus munus Nobis divina favente clementia concreditum, deferre voluistis, filiale pietatem demonstrat, quae in Apostolice Sedis obsequium vos omnes apte coniungit. Quinquagesimus autem annus, ab instituto Sodalito vestro iam iam sese feliciter expleturus, illud ipse de se iubet certe sperare fore ut conventus, quem propediem habendum nuntiatis, quam qui umquam solemnior atque frequentior evadat. Quia ex re iusta ac secunda omnibus aequa gaudendi offertur occasio: scilicet et Nobis, quos ex summo huius Apostolatus apice, quasi de montis vertice speculantes, recreat idemque iuvat tot fidei vindices, e Sodaliti vestri agmine eductos, contra gliscentes errores strenue praeliantes cernere: et vobis, qui, memoriam prae temporis repetentes, egregie factorum recordatione animos suaviter erigitis, ex quo uberiorum frumentum auspicia in posterum etiam capiatis. Itaque dum inter effusas laetitias Deo, omnium bonorum auctori, de agendarum gratiarum officio cogitatis, Nostri esse decimus promeritae laudis praecconium tribuere: idque eo libentius, quo magis antea certi exploratique erant admirationis studiique sensus, quibus Leo XIII, Noster immortalis memoriae Decessor, in Coetum vestrum ferebatur: eo solemnius, quo ex hoc Pontifici amoris testimonio, in laboribus pro Ecclesia subeundis non paratores modo, sed etiam alacriores pergetis. Neque in tanta rerum vestrarum iucunditate dedecat domesticam Ludovici Windhorst aliorumque clarorum viorum excitare memoriam: quos patria et religio desiderant: qui conventus vestros conspectu suo diu honestarunt, eosdemque auctoritate sua sunt moderant. Neque secundum locum obtineat ipsum Leonis XIII inclitum nomen, qui Sodalitum vestrum nullo non tempore fovit et auxit: qui paternae benevolentiae suae, in germanam gentem

CH. (1) Cuia vox sonat apud me novissima?

SAT. (2) Die, sodes, habitat ne hic quidam nomine Chremes?

CH. Qui Chremes?

SAT. Quidam Chremes est, senex

Qui tutelam gerit, magno consilio,
Fili fratri, nomine Theuropidis;
Suis negotiis qui ut vacaret maxume
Est iamdiu peregrinatus Atticam.
Hunc ego quaerito per Urbem clamitans.
Et vox iam fessa faucibus haeret meis.
Quem si tu forte noseitas, mihi indica.
Diem ne perdam defatigatus miser!

CH. Quis es tu, qui Chremetem quaeritas?

SAT. (3) Egon? sum graecus, hospes et Theuropidis,

Qui Roman veniens meis negotiis,
Iustum Chremetem salutare iubeor,
Nomine fratri, meoque nomine.
Antidhae fama noveram iam hominem;
Meis sed nunquam videram pol oculis.

CH. (4) Valet ne Theuropides? Chremetem memorat?

Quid apportas boni?

SAT. (5) Tun' es Theuropidis

Amici frater? Ehm! prae gaudio ubi sim nescio.
Tun' ergo Chremes es virtute cluens et fide,
Cui credidit natum frater? Salve caput
Duleissimum! Te Iupiter diique omnes iuuent.
Df vobis gratias ago quam maximas,
Obviam mihi qui misistis hominem.

Valen? Valuinst? Quid agis, optime rerum?

CH. Meum quod est officium, hospes, ago (6).

Ut belle, ut sapienter vitam excolat puer.

Valent frater meus? die.

SAT. Optime valet.

CH. (7) Mihi cor exsilit, hospes, prae laetitia.

Sine te laetus ulnis amplectarier.

Quid frater illic gerit?

SAT. Instat negotio!

(1) Inspiciens curiose.

(2) Cum quadam ironia.

(3) Factans caput humerosque.

(4) Cum admiratione.

(5) Hilari vultu.

(6) Cum gestu exultationis.

(7) Molti ac senili teneritudine affectus.

CH. Qui succedit illi negotium?

SAT. Prospero.

CH. Certum?

SAT. Certissime: atque id ex eo potes
Coniicere, quod spatio brevi mirum in modum
Sortem auxerit, meliusculas res fecerit.

CH. Quod illi Dì magis fortunent omnia.

SAT. Ut dicis faxint.

CH. Sed de reditu ne cogitat?

SAT. Quid dicam? Qui vis ut de reditu cogitet?
Cuneta bene cedunt.

CH. Ergo multum morabitur.

SAT. Haud puto: namque mora est in negotio.

CH. Quantam laetitiam, hospes, his mihi nuntiis
Peperisti! Sed lassus fortassis itinere es?

SAT. Fortassis? Itinere? (Fame potius).

CH. Optime! Vin' pauxillisper quiescere?

SAT. Quid ni? propediem dicemus cetera.

CH. Te hodie, hospes, accipiam lepidis victibus;

Sed quo vocaberis, hospes, tu nomine?

SAT. Dicor latino modo nunc Saturio.

(Siem cum semper Esurio potius).

CH. Hodie, Saturio...

SAT. Res agendae manent...

CH. Ne diecas; mecum manebis. Sic volo, sic iubeo

Ut fratri commendationem existumes

Valuisse plurimum apud me. In posterum

Ad illos iheris quos lubet hospites.

SAT. At ut volebat ipse tesseram renui

Qua me cognosceres hospitem merito.

CH. Nil refert, hospes. (1) Dinacium! Dinacium!

DIN. (2) Iube, here mi, quid vis?

CH. Fac ut splendide

Caena appetetur a coquo: nam volo hodie

Hunc hospitem opipare accipere. Sic mihi lubet.

DIN. Ut imperas.

CH. Tu puerum sequere; mox veniam.

SAT. (Hodie pol erunt mihi saturnalia!) (3).

(Ad proximum numerum).

I. B. FRANCESIA.

(1) Elata voce.

(2) Accurrit.

(3) Introgreduntur.

iteratae saepius
reliquit, quum e
tistitatem egregie
ordini pro mem
gaudio vero ve
enixe vobis pre
ctio accedit, qu
effuso amoris a

» Datum Ron

Pontificatus No

— die XVIII, man
viri Angelus D
Maria Gotti, Co
Franciseus Cass
Post meridiem
princeps urbanu
quot nobiles Me
equite torquato
Mexico apud Ap
ducti.

— die xix, mane,
bastianus Martin
lentissimi viri I
sien. Ruthenor
scopus Grossetan
licae civitatis leg
rei publicae cura
tulationes ob fam
— Vesperi autem
rius Congregatio
Venetiis; Paleol
P. Sottovia e S.

— die xx, mane, ad

Dominicus Ferrat

soporum et Regu

9] SELECTA EX B
DE RECTA PRONUN
Iam OE diphthong
nonem pro oenone
ntier Victorinus not
burtinislegi: NEQUE
POPLICAE · VOST
scriptio evaluit. Som
dicere — non vidi q
guae pronunciatione
eam sonare volunt,
mihi probant viri
expressus sit ille so
nio debeat esse con
eum ullo modo, aut
enim ex O et E plati
auctores mihi, qui a
diphthongum cum Arte
sua grammatica in
quibusque legi, que
inquit — Z et Y, quae
ptae sunt, ut *Hylas*,
Hoelas et *Dsophur*,
quaeso. *Hylas* — in
adfinitas hic sonorū
gnomei respondet
ipsi fatentur, et litt
An fallit nos forte i
testimonium ab eo
aetas. Nam prisci v
oesus, usum; *Poe*
curavit; *moenera*,
cipium, municipium
rantes paritatem in
e scriptore graeco f
dignum. Seribit in
Sulpicios vita immi
nicam eius laudem.
gnomen: “ Quod — in
Pythiei cognominati,

divina favente cle-
oluistis, filiale pie-
ostolicae Sedis obse-
git. Quinquagesimus
alitio vestro iam iam
pse de se iubet certe
em propediem haben-
tum solemnior atque
re iusta ac secunda
etur occasio: scilicet
as Apostolatus apice,
lantes, recreat idem-
Sodaliti vestri ag-
errores strenue praememoriam praeterit
actorum recordatione
quo uberior fru-
tum capiat. Itaque
eo, omnium bonorum
rum officio cogitatis,
ne laudis praeconium
quo magis antea certi
nis studique sensus,
portalis memoriae De-
erebatur: eo sole-
moris testimonio, in
indis non paratores
getis. Neque in tanta
deneceat domesticam
que clarorum viro-
rum patria et religio
estros conspectu suo
uctoritate sua sunt
cum obtineat ipsum
qui Sodalitum ve-
et auxit: qui pa-
germanam gentem

iteratae saepius, monumentum praeciarum nuper
reliquit, quum civitatis istius, in quam coibitis, An-
tistitem egregium amplissimo Patrum Cardinalium
ordini pro meritis voluit cooptandum. Communi
gaudio vero veluti cumulus omnium bonorum, quae
enixe vobis precamus a Deo, Apostolica Benedic-
cio accedit, quam omnibus Coloniam convertentur
effuso amoris animo atque in Domino imperitus.

» Datum Romae, die xvii Augusti an. MCMII
Pontificatus Nostri Anno I.

» PIUS PP. X »,

- die xviii, mane, cum Pontifice colloquuntur eñi, viri Angelus Di Pietro Pro Datarius, Hieronymus Maria Gotti, Congr. de Propaganda fide praefectus, Franciscus Cassetta ac Beniaminus Caviechioni. — Post meridiem excipiuntur Philippus Lancellotti, princeps urbanus; et in Damasianis peristyliis aliquot nobiles Mexicanos viri ab Henrico Angelini, equite torquato ac Foederatarum Civitatum in Mexico apud Apostolicam Sedem legato, coram producti.
- die xix, mane, admittuntur Purpurati Patres Sebastianus Martinelli ac Raphael Pierotti; excellentissimi viri Iulius Drohobezky, episcopus Crisien. Ruthenorum, ac Bernardinus Caldaoli, episcopus Grosssetan.; denique Armandus Nisard, Gallicae civitatis legatus, qui, nomine Praesidis atque rei publicae curatorum, gentis suae omnia et gratulationes ob fauste coronatum Pontificem offert.
- Vesperi autem rñi. viri Minas Nourican, Vicarius Congregationis Benedictinae Mechitaristarum Venetiis; Paleologos antistes, Pyraei parochus; P. Sottovia & S. I.
- die xx, mane, audeunt Pontifice Purpurati Patres Dominicus Ferrata, praefectus Congregationis Episcoporum et Regularium; Aloisius Macchi, Brevium

a secretis; Casimirus Gennari. Praeterea rñus. dominus Antonius Savelli Spinola, Congregationis de Propaganda Fide a secretis pro rebus Orientalibus; Magisterium Ordinis Equitum Hierosolymariorum, a marchione Alexandro Capranica, Priore Urbano Magistro, ductum; atque Dux S. Martini de Monte Albo litteras ferens nobilium virorum Casertanensis Comitis Calabriae Ducis. — Vespere exēnius. episcopus Cariaten., rñus. dominus Philippus Giustini, Congrui. Episc. et Reg. a secretis, et cl. vir Ludovicus Seitz, pictoriae artis magister.

- die xxi autem eñi. vir Seraphinus Vannutelli, Poenitentiarius maximus; exēnius. vir Maximilianus d'Erp, Belgarum cum liberis mandatis legatus, publicas muneras sui litteras tradens; denique rñus. p. Albertus Lepidi ex Ord. Praedicat., S. Apostolici Palatii Magister.
- die xxii Pontifice inveniuntur Purpurati Patres Petrus Respighi in Urbe Vicarius, Ioan. Bapt. Casali Del Drago, Andreas Steinhuber. Rñus. p. Bernardus d'Andermat, Ordinis Minorum Capulatorum administer generalis, coram deinde producit sui Ordinis supremam curiam. — Vesperi Iosephus Lapponi, Pontificis archiater, ad eum medios Vaticanos aedibus addictos sistit.
- die xxiii aditum habent eñi. vir Francisus Segna, Vaticano tabulario praepositus, atque exēnius. viri Henricus Grazio, archiepiscopus Nicopolitan., I. Frattocchi, episcopus Memphis, et Ioan. Bapt. Cavallari, episcopus Philadelphien., hac die consecratus, quem Pontifex Provicarium suum in Veneto Patriarchatu dicit.
- die xxiv exēnius. viri Thomas Hendreeck, episcopus Caebuan., Felix Gialdini, archiepiscopus Cyrenaicus, Constantinus Contini-Riccardi ex XII viris urbanis Sacri Consilii litibus iudicandis; rñi. viri

Benedictus Chambon, P. Seerhousse et P. Urbanus inter primores Ord. Cisterciensium Reformat. — Denique Franciscus Naro-Patrizi-Montoro marchio, turmae nobilium stipulatorum praefectus atque S. R. E. signifer.

Rñus vir Corragioni d'Orelli, Helveticae cohortis capellanus, inter auctistites domus Pontificalis adlegitur.

— die xxv SS. D. N. Purpuratos Patres audit Vincentium Vannutelli, Congrui. S. Concilii Tridentinis decretis interpretandis praefectus; Aloisius Macchi, Brevium a secretis; Andream Aiuti. Apostolicae Sedis prolegatum ad Lusitanos; Patritium Vincentium Moran, archiepiscopum Sydneyn. reeens Urbem assecutum.

Apud eñum. virum Dominicum Card. Ferrata, loco et vice eñi. viri Seraphini Card. Cretoni Sacr. Rit. Congrui. praefecti, habetur «Congregatio praepatoria» in qua rñi. auctistites et viri a consiliis adlecti suffragium ferunt circa miracula duo, quae asseruntur a Deo patrata intercedente Beato Iosepho Oriol, sacerdote beneficiario in templo S. Mariae «a regibus» Bareinone, atque ad eius canonizationem proponuntur.

— die xxvi aditus est ad Pontificem exēniis. viri Paulo Mariae Barone, archiepiscopo Melitenen., Simeoni Volenteri, episcopo Palaopolitan., vicario apostolico Ho-nanen meridional. in Sinis; Alexander Verde, S. Fidei Promotori; Ludovico Schüller, auctistus dom. Pont.; A. Alessi. Canonico Patavino.

— die xxvii exēniis. viri Camillo Sorgente, archiepiscopo Cusentin., Aloisio Pugliese, episcopo Uxentin., Mauro Serafini, monachorum Casinensis «primae observantiae» summo moderatori; rñi. dñi. Mauro Tinti, S. Bernardi ad thermas abati; Francisco Ragonesi, sodalibus Teatinis praepositus; Ioan. Bapt. Vitale sodali Barnabite, parochio urbano.

9]

SELECTA EX BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS.

DE RECTA PRONUNCIATIONE LATINA LINGUE DIALOGUS.

Iam **OE** diphthongus olim item scripta **OI**. Sic oīnonem pro oīnone Capella ingerit; sic oītier pro utier Victorinus natat. Et in vetustissimo Sc. de Tiburtini legi: NEQUE · ID · VOBEIS · NEQUE · REI · POPLICAE · VOSTRAE · OITILAE · ESE. Sed alia scriptio evaluit. Sonum eius verum - verum mihi fas dicere - non vidi qui viderit. Nam qui graecae linguae pronunciationem instaurarunt, crasse pleneque eam sonare volunt, ut Gallorum moy, toy, soy. Non mihi probant viri probissimi, primum quia nimis expressus sit ille sonus, qui ex diphthongorum ingenio debeat esse confusus; deinde quia non exprimat eumullo modo, aut assequatur **OE** latinum. Quomodo enim ex **O** et **E** platysimum illum efficias? Tertio et auctores mihi, qui alia suadent. Victorinus Afer hanc diphthongum cum **Y** graeco aequiparat diserte in Arte sua grammatica: "Litterae peregrinae sunt - inquit - **Z** et **Y**, quae propter graeca quaquam absuntia sunt, ut **Hylas**, **Zephyrus**; quae si non essent, **Hoelas** et **Dsophurus** diceremus... Attende tecum, quaeo. **Hylas** - inquit - seriberetur **Hoelas**; at quae adfinitas hic sonorum, si vero adfines illi? Nam **Y** graecum respondet plane **V** tenui latino; quod et ipsi fatentur, et litteratores prisci affirmant uno ore. An fallit nos forte ille Afer? Nihil hac in parte, cum testimonium ab eo dicat casta et casca illa omnis aetas. Nam prisci velut promiscue scripsero **oīsum**, **oīsum**, **usūm**; **Poenos**, **Punos**; **coiravit**, **coeravit**, **curavit**; **moenera**, **munera**; **moeros**, **muros**; **meinīcipium**, **municipium**. Quid nisi tantum non vociferantes paritatem inter ea soni? Intorqueo et pilum e scriptore graeco firmum, validum et triari manu dignum. Scribit in **Nerone** Dio, princepem illum duos Sulpicios vita imminuisse, quia visi imminuere seanicam eius laudem. Visi autem minuere solum et cognomen: "Quod - inquit - ab antiquo et a maioribus Pythici cognominati, non desinerent eius cognominis;

sed palam in Neronis Pythicas victorias impii essent, nominis vicinia „Quid iuvat me hic locus? Nimirum, si ego prius illum. Affirmo enim pro ποταμῷ emendandum ποταμῷ, id est "poeticī" „Nam hoc liquens, claram Sulpicia genti Pythicum agnomen adhaesisse numquam." Poeticī, illi dicti; et fasti scriptoresque historiae milii testes locis viginti. Quod si est, vide nunc quomodo indignari citaroedus Princeps potuerit, quasi in pariente cognomine, si pronunciatio illa oīlī; nam litteris certe abludit. Sono igitur ad Pythicum sive Putheum - ita efferebant - accessit, et quod ex iis concludo apte, **OI** sive **OE** diphthongus haud dissonuit **V** leni. Quis igitur ille sonus? Mixtus; quem apud Gallos meos habes in diptongo istac ipsa. Illorum enim est **coeur** pro corde; **vœud** pro voto; **noeud** pro nodo. Et fasne mihi etiam vestratangere? Si pecco, ne rideas. Ita et vos Belgae sonatis: **oelsaet**, papaver; **moelen**, molam, et quae tibi plus nota. Haec sententia mea, nova potius quam improba apud mentes et aures probas. Certe non crassum istum et vastum effatum fuisse credo; quem cum audio - ignoscant mihi viri docti, et quibus litterae aeternum debent - vix lenem comprimo. Docent etiam nonnulli lapides, in quibus pro **E** perperam **OE** substituta, ut **CROETA PROVINCIA** pro Creta. Tu, Lipsi, numquid mutas, aut etiam mutas? An transeo iam ad consonantes?

Alacer ego: - « Nihil, nihil - inquam. - Bono argumentorum pondere (ut haec quidem res fert) me firmas. Consonantes tamen mihi protolle, et de bivocali **EI** nodum prius tolle ».

Ille cum risu: - « Graeculi viderint, - inquit; - non ea in Latari classe. Nam eius loco **I** nobis longum esse grammatici te docuerint, et 'ego supra' ».

- « Sed enim, mi Murete - inquam - in sono eius germano etiam haereo. Nam Nigidius nihil differre illam graecanice ab **iota** simplici voluit, et Graecos irridet, qui diserevere. Quod si est, ruunt quaecumque de bivocalium sono soni. Par enim omnium ratio ».

Eludens Muretus: - « Imo tuum fulerum ruit - inquit - quo stabilita a te vulgi haec tenuitas. Non enim ea mens Nigidianis verbis; quae, si lubet, audi: "Graecos non tantae insectiae arcesso, qui ex ex »

et » scripserunt, quantae qui ex et ». Illud enim inopia fecerunt; hoc nulla necessitate subacti, . Hoc saltu vult litteratissimus ille litterator Graecos iuste repperisse » diptongum, quia non illis **V** latinum, quod exprimeret hunc crassum sonum; non iuste eosdem idem in ex fecisse, quia subire utramque vicem potuisse, longae aut brevis. Ne autem Lipsi, erres, **I** longum - dictum etiam mihi ante - incidit in sonum prorsus **EI**. Quis igitur ille? Me arbitro, cui vobis Belgis my, gly, sy (1). Imo illud primum plane latinum **mi** est, et significat et prisco sono. Soli enim paene vos Europaeorum duplex istud **II** recte scribitis, recte effertis; nec alter oveis, omneis, preimos Latinis. Minus accidunt iidem illi pronunciandi magistri hodie, qui gallico sein, feint, plein, sinu, ficto, pleno aequiparant. Nam scriptura quidem ista ipsa; sed effatio magis ad ae accedit. Et vereor hercle, ut idem hic peccent, quod priscus ille Cotta, quem "iota litteram tollendo et e plenissimum pronunciando, non oratores antiquos, sed messores imitari", Crassus apud Ciceronem iocatur. Vocem a me, Lipsi, de bivocalibus ne ultra expecta. Tu Nigidi habe etiam istam: "Qui Graecos imperitiae arcessis, cur non in culpa simili tuos Opicos? Nam illos EI pro **I** longa passim scripsisse an nescis, an dissimulas? Si illud, parum doctus; si istud, parum bonus ..

XII

Consonantium aequor nunc insistam, tertio isto velut missu; et vere aequor. Planiciem enim meram video sine salebris, ac paene sine clivo. Plerasque eas, plerique omnes recte et germaniter pronunciamus, et si quas male, nec vitium nec emendatio eius obscura. Vulgatas hic distinctiones non sequor "mutarum", aut "semivocalium", per se enim frigidae et ad meam rem ineptae. Potius, ut aurigae equos in curribus per colorum quaedam paria disponunt, sic ego consonantes iugabo, ex vicinia quadam sonorum ratio ».

(Ad proximum numerum).

I. LIPSIUS.

(1) Germanici bene etiam, qui mein, etc. sic scribunt sic efferunt.

Hora quinta cum dimidio, privato ritu ob eñi. viri confirmam valetudinem. Pius PP. X purpureum petasum imponit atque S. Alexii titulum adsignat Sebastiano Herrero y Espinosa de los Monteros, archiepiscopo Valentini. Purpurato Patri a Leone fe. re. PP. XIII. in sacro consistorio habito die XXII mens. Junii huius anni, creato ac promulgato, qui prius iuxta apostolicas leges sum insurandum emitit coram eñis. viris Aloisio Oreglia a S. Stephano, Cardinali Camerario atque in Ordine Episcoporum Seniori; Vincentio Moran, ex Ordine Presbyterorum primo, absente Card. Iosepho Sebastiano Netto; Aloisio Macchi, primo ex Ord. Diaconorum, atque, Antonio Card. Agliardi absente, S. R. E. Vice-Cancellarii munere fungente.

A consilio S. Congregationis Episcoporum et Regularium dieuntur excusum. vir Basilius Pompili, canonicus Lateranen. ac rñi. viri Eugenius Polidorii et S. I. collegii Ruthenorum in Urbe moderator. et Leo Allodi. e Congregatione Benedictina Subiacensi.

— die XXVIII. mane, Pontifex audit Purpuratos Patres Petrum Respighi, in Urbe Vicarium: Aloisium Triepi, Congñi. Indulgentiarum atque Sacer. Reliquiarum praefectum; excusum. viros Iosephum Morabito, episcopum Militen., ac Salvatorem Talamo, ex collegio Curatorum Urbis. — Vespere, eñum. virum Hieronymum Mariam Gotti, Congregationi de Propaganda Fide praepositum, atque excusum. Montis Draconis Duceum eiusque uxorem.

Cardinales Marianum Rampolla et Franciscum Salesium della Volpe in sacrum collegium Purpuratorum Patrum ad res Orientales curandas provehit, atque eñum. virum Sebastianum Herrero y Espinosa Congregationibus Episcoporum et Regularium, Sacrorum Rituum, Caeremoniarum, Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum addicte.

— die XXIX sollemniter excipit nobiles viros Michaellem Martins d'Antas, Lusitanum, et Constantimum Goubastow, Russum, publicas litteras tradentes, quibus suum cuique legationis munus apud Apostolicam Sedem confirmatur.

— die XXX coram SSmo. admittuntur excusum. viri Antonius Maria Grasselli, archiepiscopus Viterbiensis et Tuscanen.; Maurus Bernardus Nardi, episcopus Thebanus; Ioannes Strozzi, Canonieorum Regulareum Lateranensis SSmo. Salvatoris procurator Generalis, et rñus. vir Corragioni d'Orelli, Helveticæ cohortis capellanus, inter antistites domus Pontificalis nuper evectus. — Praeterea urbani principes Iulia Orsini ex Comitibus Hoyos, et Rodolphus Bonecompagni-Ludovisi cum uxore Agneta e nobili Burghesia gente.

— die XXXI post Purpuratum Patrem Franciscum Salesium della Volpe, in Congregatione de Propaganda Fide oeconomiae rei praepositum, aditus est apud Pontificem excusum. viris Arsenio Pellegrini, monachorum Basiliensium Cryptaeffratae abbatii; Amilcare Tonietti, archiepiscopo Tyanaeo; Petro Wenzel, alteri ab « archivista » Vaticanian tabularii; denique Iosepho Wilpert, pontificie domus antistiti, qui dono offert opus nuperime a se editum ac Pontifici dicatum *De Roma subterranea*.

Ut palatinæ cohorti benevolentiae et grati animi signum ostenderet SS. D. N. inter milites omnes tria libellarum millia distribuit; ad singulos duces autem numisma argenteum grande mittit.

ACTUARIUS.

ANNALES.

Anglici regis iter Vindobonam. — Macedonum facinora. — Bulgariae ac Serviae statutus.

ITER, quod his diebus Eduardus VII, Anglorum rex, Vindobonam suscepit, ut Franciscum Iosephum, Austrorum Caesarem, conveniret, magni momenti non iniuria est factum, cum aperte demonstraverit Austrorum Russorumque imperio Angliam accedere circa rem Balkani-

cam, quae, nollemus sane, acrior in dies fit. Atqui consensus hic dum Macedonum sodalitiis haud dubii propositi praebet indicium, viam simul expediet duabus illis nationibus, quae sibi curam suscepere ut manus quo citius reformationibus admoveantur a ceteris Europæ civitatibus uniter adprobatis.

★
Macedones contra, ceram suis auribus obdentes ac perperam perpetrantes, atroces minas ad effectum adducunt, nec quidquam facinoris in Turcas praetermittunt: ferratas vias diripiunt, pontes destruunt, et caede, incendiis, ruinis omnia vastantes, formidinem, terrorem iniiciunt undique. Ipsi sie auetores fient cohibitionis illius, quam sub iuris specie, seditionem sanguine suffocabit.

★
Eventus in proximam Bulgariam facile corrunt, quae, in rebelles proclivis, celocem regendi impos, onerariam navem sibi petere videtur. Neque enim intestinae res ibi placidae subeunt: furoris et seditionum voces indesinenter circumerrant, firmantur; timores de ipsa Ferdinandi principis vita ii sunt, ut ne compertum quidem habeatur, redierit ille nec ne in patriam, unde iamdiu areano itinere abierat.

Si tamen *Messene gemit, non ridet Sparta*. De Serviorum regno dico, Bulgaris aemulo. Petro enim regi, vix eruentum thronum concedit, cum omnis generis difficultatibus fuit decertandum: administrorum abdicationibus, deficiente pecunia, internis perturbationibus. Ad dictus omnino militum cohorti, qui nece illa infanda imperii viam ei straverunt, quum iisdem, maiora quotidie exigentibus, satisfacere non possit, hinc eos quotidie magis arrogantes minacesque videt, inde videt a se quotidie magis alienam alteram exercitus partem, Obrenovitch regali familiae devoutam, et indignantem se despici atque opprimi prorsus, ut locum grassatoribus cedat. Itaque novarum rerum, et quidem gravissimarum, perieulum et ibi imminet. Numne antiquissimum illud revocandum in mentem: « Qui tulit ipse ferat? ».

PROPOPLICOLA.

LIBRORUM RECENSIO

I. B. FRANCESIA Sac. *Ad Golgotam*. — Sacra Actio dramatica versibus scenarii conscripta. — Mediolani, ex officina Salesiana, 1903.

Duodecim scenis actio tota continetur, quarum prima, cui titulus *doctrina* fere agitur per Iosephum ab Arimathea; altera, *historia*, inter Nicodemum et Hebraeos nonnullos evolvit; tercia, *conscientiae stimulus*, seu Iudei sermo intimus; quarta, *ludibrium*, dialogus inter ipsum Iudam et Barbaal daemonem; quinta, *obiurgationes*, diverbum inter Pontificem Maximum, Iudam, Pharisaeos, Seribus, Sadduceos, Sacerdotes, Nicodemum; sexta, *teterimus error*, iisdem personis, Iuda et Barbaal exceptis; septima, *tentatio*, dialogus inter Iudam ac daemonem; octava, *crucifixio*, actoribus praecipuis Nicodemo et Iosepho; nona, *horrendum facinus*, Iudei cum daemone dialogus; decima, *dubium*, sermo daemonis; undecima, *prophetiae*, daemon, voices, umbras; duodecima, *finis*.

Quantum sui attulerit el. auetor haud satis liquet. Ex his enim quae leguntur in prologo videtur sequutus recentiorem aliquem poetam:

*Quod alter numeris italis prodidit,
Actumque est maxima omnium dulcedine,
Plautinis edere tentari versibus!
Suo consensu feci quod liberior.*

Quidquid erit, non caret fabula speciosis locis habetque laudem exerciti styli; quae quidem exercitatio, si minus lectoribus, at scribentibus ipsis est profector utilissima.

Praeedita inscriptio, in qua et dedicantis nomen expressum velim et emendatam passim scripturae interpanctionisque formam:

QUEM
IN EUNTE VICESIMO SAECULO
AB EIUS NATIVITATE
TOTUS TERRARUM ORBIS LAETITIA GESTIENS
GRATULATUR COLIT, ADORAT,
NOVIS PERPETUISQUE AMORIS SIGNIFICATIONIBUS
HANC OPELLAM
SUPREMUM EIUS IN HOMINES CARITATIS
PIGNUS REFERENTEM
D. D. D.

Adnotantur autem in operculo libri auctoris eiusdem fabulae tres, his titulis: *Leo I Pontifex Maximus*. — *Leo III Pont. Max.* — *Aurelio (de) S. Augustino*.

De Imitatione Christi libri quatuor sacrae scripturae concordantia illustrati et parvulo commentario aucteti, auctore G.-A. O. presbytero. — *Tornaci*, Parisii, typis Societ. S. Ioan. Evang. — Desclée-Lefebvre et Soc. edit. pont., 1902.

Scriptoris mens in hoc opusculo edendo multo luculentius ex ipsis verbis quam ex nostris patefiet. Referemus igitur quae doctus explanator in primis paginis habet:

« Ad Lectorem. — Aperienti enique hos vere aureos libros *De Imitatione Christi*, appetat quasi silva densa sententiarum, quas inter, vias quaedam quatuor inaequales constitunt partes, multaque semitae plusquam centum quasi nemora efformant. Tot inter semitas errans animus difficile discernit unde veniat aut quo vadat. — Ceteras vias delineavimus alias alii subordinatas quibus efficitur figura ordinis, nobis ut visum est, satis menti pii auctoris consentanea, quae possit intellectum recreare atque iucunde et utiliter dirigere. Audax forte nonnullis opus videbitur, tentari tamen posse iudicavimus quod circa scripturas sacras multi ingeniose fructuoseque fecerunt. Ideo postquam totius operis scopum et partitionem exposuimus, enique libro idem praeposuimus. Singulis cuiusque libri partitionibus summam doctrinæ in eis reconditam praescrisimus. E quocumque capitulo magistras sententias expressas sumario indicavimus, ita ut menti tam pretiosa documenta facilius inhaereant. — Faveat Beata Virgo Maria, Mater Domini Nostri Iesu Christi amantissima, nostro imbecilli tentamento! ».

Post haec, equis piorum, praesertim e sacri ordinis viris, non statim aureo opusculo suam bibliothecam ditabit?

P. ANGELINI.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

Le Cerimonie dei funerali del Papa — Il Conclave — Biografie degli Eñi Cardinali.

Gli elettori del Papa. Biografie — Appunti di Storia e Diritto.

(Romae edid. Desclée Lefebvre et Soc., 1903).

Leonis XIII P. M. Carmina, Inscriptiones, Numismata.... von Dr. JOSEPH BACH. — Köln, 1903. Verlag und Druck von J. P. Bachem.

JOSEPH SCOPA. Carmina. — Neapoli, ex typis Alfonso Piero et Filii, 1908.

GAETANO CAPPELLO. Corso elementare di filosofia. Vol. I. Dottrina dell'energia psichica. — Vol. II. — Logica. — Vol. III. Dottrina dell'umano operare. — Salerni, ex off. Fr. Iovane, 1903.

P. OVIDII NASONIS ex Metamorphoseon libris fabulae selectae. (Libr. I-V). Introduzione, note, appendice critica di CARLO PASCAL. — Ex off. I. B. Paravia et soc., Taurini, Romae. Mediolani, Florentiae, Neapoli.

LUIGI VALMAGGI. Elementi di Stilistica e Metrica. — Indidem.

LUIGI CAPPELLINI. Il concetto della vita scientificamente e moralmente considerata. Conferenza. — Senis, ex off. Bernardini, 1903.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Pacis Phil. Cuggiani.

IL C

S. Maria

Hoc libe
rei longe pe
pretatione ita
Canticis origi
vadori, litt
edit cura, a
L. 0.50, in p

IUV

artem su
Si quis ita
certiorema

Com

Anc

Nemo ridea
Americanis, ubi
de causa saepe
bore deficiat,
civium et re
ne quid huius
cillas sibi feci
machina. Mach
ancilla machin
voluta ex taen
aneillatus offici
bus appositi
munera servit
pavimenta pol
mensis inservi
vestiendis, mu
dis; altera o
Quaeso; num
vis erunt, qui
sem et asses
num?... Maxi
deesse machin
sime imitatione

De en
Sua quoque st

nec homini tu

qua
Itaque Gers
dos nasos incu
mos, elephanti
sua arte con
iecto liquam
Utrum sit, ne
sum (superbia
mum. Quod a
millia conges

ala speciosis locis
quae quidem exer-
citantibus ipsis est
dedicantis nomen
ssim scripturae in-

AECULU
ATE
TITIA GESTIENS
ADORAT,
IGNIFICATIONIBUS
DS CARITATIS
TEM

libri auctoris eius-
I Pontifex Maxi-
Aurelio (de) S. Au-

nor sacrae scriptu-
vulo commentario
o. — Tornaci, Pa-
g. — Desclée-Le-

o edendo multo in-
dex nostris patefiet.
planator in primis

que hos vere aureos
et quasi silva densa
aedam quatuor in-
aque semitiae plus-
mant. Tot inter se-
pernit unde veniat
delineavimus alias
figura ordinis, no-
nctoris consentanea,
atque iucunde et
nullus opus vide-
avimus quod circa
fructuoseque feces
scopum et parti-
dem praeposuimus.
us summam doctri-
mus. E quo cumque
essas summario in-
ios documenta fa-
Virgo Maria, Mater
issima, nostro im-

sertim e sacri or-
culo suam biblio-

P. ANGELINI.

ACCEPTE.

Papa — Il Con-
dinali.

ie — Appunti di

et Soc., 1903).

scriptiones, Nu-
ch. — Köln, 1903.

Neapoli, ex typis

entare di filosofia.
a. — Vol. II. — Lo-
no operare. — Sa-

phoeon libris fa-
uzione, note, ap-
Ex off. I. B. Pa-
olani, Florentiae,

Stilistica e Me-

lla vita scienti-
ata. Conferenza.

pi, iurisperitus.
Cuggiani.

LE LAUDI LATINE

E IL CANTICO DEL SOLE

DI
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praeftiunculam a Paulo Sabatier, viro
rei longe peritissimo, scriptam, continentur laudes latinae cum inter-
pretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae
Cantici originem exponunt, aliaque permulta. Libellum hunc Iulius Sal-
vadore, litteris tradendis in Romano Athenaeo doctor egregius, maxima
editit cura, ac Romae apud commentarii *Vox Urbis Administratorem* venit
L. 0.50, in pauperum levamen.

IUVENIS QUIDAM ITALUS MEDICINAE DOCTOR

artem suam profiteri cupit apud exteris gentes.
Si quis itaque officium aliquid ei offerendum habeat
certiore de re faciat

Commentarii *Vox Urbis* administratorem,
qui negotium aget.

VARIA

Ancillae automaticae.

Nemo rideat, aut irrideat; relata referto.
American, ubi compertum habuere qua tenui
de causa saepe integer operarium ordo a la-
bore deficiat, idque magno cum incommodo
civium et rerum familiarium detrimento,
ne quid huiusmodi in domibus contingat, an-
cillas sibi fecerunt..., quomodo dicam?..., ex
machina. Machina igitur ancillaria est, seu
ancilla machinalis, cui totidem sunt rotae con-
voluta ex taenia chalybis movenda, quot sunt
ancillatus officia; totidem et foramina, clav-
ibus appositis adeunda, ut singula praebeant
munera servitutis. Hac ergo clavi verrunt, et
pavimenta poliunt; illa lavant lances; altera
mensis inserviunt; altera puerulis praestet sunt
vestiendis, mundandis; altera lectulis parandis;
altera obsoniis curandis ad ignem...
Quaeso; numquid machinula, foramen et clavis
erunt, quibus, dum empturiae vadunt, assem
et asses surripiant in maeclis cupidinum?... Maximi haec sunt ancillae cuivis; et
deesse machinula huiusmodi nequit, ut aptissime
imitationi respondeat.

De emendatione nasorum.

Sua quoque stat species, sua sunt et commoda
[naso];
nec homini turpius aliquid,
quam pravo vivere naso.

Itaque Gersuny doctor totus fuit in emendan-
dos nasos incumbens, ut distortos, horribiles, si-
mos, elephantinos in Graecis dignos simulacris
sua arte converteret. Dicitur haec assequi
infecto liquamine, quod *paraffina* nuncupatur.
Utrum sit, nec ne, incertum scribenti, cui na-
sum (superbia, abi!) natura dedit pulcherri-
mum. Quod autem multa centena libellarum
millia congesserit, certum. Et nunc a Mosca

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS (m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS administratorem.

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

TORQUATI TASSI HIEROSOLYMA LIBERATA

a IOSEPHO TORALDO e versibus Italicis in
latinos conversa,

apud *Vocis Urbis* administratorem
ven. lib. 6.

II.

Vox eadem signo leporem callemque la-
tentem,
viscera telluris qui tenebrosa secat.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis
interpretationem ad Commentarii mo-
deratorem miserit intra menses duos,
unus, sortitus, gratis accipiet opus,
cui titulus:

S. AMBROSI DE OFFICIIS LIBRI TRES.
(Edid. I. Tamietti).

Aenigmata an. VI, n. XII proposita his re-
spondent:

1) Ara, Hara; 2) Io, Ino.

Ea rite soluta miserunt:
Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Ios. Wilhelm, *Battle*
— D. Le Provost, *Briocen*. — Aemil. Gschwind, *Pra-
ga*. — Lad. Lud. Podobinski, *Cracovia*. — Eng. Sosio,
Bormio. — H. A. Strong; I. Lemette, *Liverpolia*. —
P. Ang. a Landiona, *Condignaco*. — Ioan. Cantono
Ceva marchio, *Vercellis*. — Herm. Gini; Ioan. Sismon-
do, *Aquis Taurinis*. — Ad. Huza, *Grybovia*. — Fr.
Franciscus a *Seiano* — Iul. Sernatinger, *Dreida*. —
Alois. Battisti, *Marauta*. — Petr. Garrone, *Pezzana*
ad *Vercellatas*. — Fr. Benedictus C. SS. CC., *Simpel-
velde*. — Civis Romanus, *Limbach*. — Alois. Cappelli,
Senis. — St. Lawiuski, *Niemzotow*. — Ad. Skrzyp-
kowski, *Swinice*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — E.
Burg, *Argentorato*. — St. Figielksi, *Prasnyso*. —
Dom. Farese, *Neapoli*. — Seminario Candiese. —
Collegeum Scholarum Piarum *Stellae*. — Th. Monta-
nari, *Montefano*. — I. Pagès, *Senang*. — Mich. Vidal,
Palma in insula Maiorica. — Petrus Tergestinus.

Sortitus est praemium

SEMINARIUM CANDIENSE,

ad quod missum est opus, cui titulus:

C. PLINII CAECILII SECUNDI

PANEGRYRICUS

TRAIANO IMPERATORI DICTUS.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
COMM. VOX. URBIS IN AN. MDCCCCIII

Premium subnotationis est in Italia Libell. 10; ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½; Coron. 15 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARI "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCII CONSTITUTA.

Qui premium ut supra miserit infra Ianuarium mensem anni MDCCCCIII, praeter Commentarii numeros omnes qui edentur ipso anno MDCCCCIII, accipiet *ad libitum*

a) Librum (vulgo « album ») praecipua Urbis referentem, pulchritudine insignem, atque Commentarii moderatore iubente expresse adstructum; *sive*

b) Urbis e Ianiculo monte prospectum (Tabulam aere cusam metr. 1,10 × 0,24); *sive*

c) Collectionem chartularum electissimarum, quae distinctae coloribus plurima de Roma, iuxta optimarum artium placita, referunt.

QUI NOVOS DABIT SOCIOS

elget insuper:

a) Libros de disciplinis omnibus, de bonis litteris, de Ecclesiasticis rebus quolibet e bibliopolarum catalogo, usque ad dimidium subnotationis annuae suae, id est in Italia ad Libell. 5; extra Italianam ubique ad Libell. 7,50; Marck 6; Sch. 6; Doll. 1½; Rubl. 3; Flor. 3½; Coron. 7½. Ipse electos libros describat atque Commentarii administratori significet; gratis mittentur, excepto impendio diribitorio Reipublicae debito; *sive*

b) E picturis Urbis grandes duas, photographice redditas, prout voluerit ac significaverit; usque, cœu supra, ad dimidium annuae subnotationis;

c) *Sin potius cupierit, dimidium subnotationis premium ei remittetur qua pecunia dimiserit.*

Hac ultima conditione (c) modus datur sociis, quo si binos dederint socios novos, ipsi gratis Commentario fruantur; sin, possint amico favere, Commentarium dimidiato pretio praebentes.

Notatum vero plane volumus nos nova omnino sociorum nomina exspectare tradenda; non enim socios novos umquam existimabimus eos, qui nomen suum olim iam Commentario dederunt.